Pilarik *Io. Gottofr.* Meditationes Poeticae in Libros Biblicos. Francf. 1525. 8.

Polantus *Victorinus* Hiſtoria Natiuitatis Ieſu Chriſti. Witt. 1611. 4.

Polycarpus *Mart.* de Chriſti in carnem aduentu, perſona, et officio. ex Ieſ. Cap. II. et Graec. carm. παραφραςικῶς reddit. Witt. 1601. 4.

Portus *Aemilius:* Omnes Dauidis Pſalmi in Graec. carm. Heroic. conuerſi. Baſ. 1581. 8.

Poſſelius *Io.* Euangelia et Epiſtolae, quae diebus dominicis et feſtis ſanctorum in Eccleſia uſitato more proponi ſolent, graecis Verſibus reddit. Witt. 1576. 8. c. figur.

Praetorius *Valent.* Carmen de recens Nato Chriſto. Gorl. 1603. 4.

Proſper *Aquitan Epiſc.* Sacrorum Epigrammatum ſuper diui Aurelii Auguſtini Sententias L. I.

— Liber de Ingratis. apud Fabr. Poet. Vet. eccleſ. Opp. p. 622.

Prudentius *Aurelius Clem.* Carmina ſacra in Georg. Fabr. Poet. Vet. eccl. Opp. p. 1 - 256.

Puchbachius *Io.* de Prodigiis et Signis recentibus. Lipſ. 1538. 4.

R.

Raphanus *Wencesl.* de Natiuitate Chriſti Carmen. Witt. 1566. 4.

Ratbertus *Paſchaſius* Carmen de corpore et ſanguine Domini hexametron acroſtichon, in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti Sec. quarto. Leyſer, p. 257.

Rhodomann *Laur.* Catechiſmus geminus, Graec. Lat. Carm. concinnatus, quorum unus exhibet: Theologiae Chriſtianae tyrocinia; Alter Catechiſmum Lutheri minorem. Verſione proſa donatus et Etymologice euolutus a M. Balthaſ. Coppio. Lipſ. 1626. 8.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0037

— Theologiae Chriſtianae Tirocinia Carm. Heroic. Graec. in V. LL. digeſta. Lipſ. 1596.

— Poeſis Chriſtiana Palaeſtinae S. Hiſtoriae Sacrae L. L. IX. carm. graec. et lat. utr. Heroic. Francf. 1589.

Riccius *Io.* Carm. Eleg. in diem Michaelis Archangeli Francf. 4.

Richter: *Tobias*; Der letzte Schwanengeſang, von den zermarterten, in der Kelter des Zorns GOttes zerqvetſchten Purpurwurme, d. i. die Heil. Paßions-Hiſtorie unſers HErrn und Heilandes JEſu Chriſti, Torgau, lang 8. 1722.

de Riga *Petrus* Librum Eſther carmine expreſſit, quem Caſpar Barthius Aduerſar. Lib. XXXV. Cap. XV. inſeruit.

de Riga *Petrus* Recapitulatio utriuſque Teſtamenti integra ex II. MSS. apud Leyſer, p 703.

— Liber Ruth integer ex MSS. apud Leyſer, p. 733.

Rosberg *Bened Herzb.* Capita Chriſtianae Doctrinae Graec. heroic. carm. expoſita in Schola Ilefeld. Witt. 1575. 8.

Rudingerus *Matth* Sacrum Melos ex puris Iambis in Natalem Ieſu Chriſti. Francf. ad Oder. 1597. 4.

S.

Saluſtius *Guilielm Bartaſſ.* Hebdomas, Opus Gallicum a Gabriele Lermea nobili Volca, Latinitate donatum, iam a Valentino Hartungo illuſtratum. Stetin. 1656. 8.

— Die erſte und andere Woche Willhelms von Saluſte, Herrn zu Bartas, darinne enthalten, ſammt der Welt Erſchaffung, die vornehmſte Geſchichte der Heil. Schrift zu finden, von der Welt Anfang, bis zu der Zerſtörung Jeruſalems und die Babyloniſche Gefängniß, zur Zeit des Jüdiſchen Königs Zedekiä geſchehen, aus den Franzöſiſchen, in deutſche Reyhme, durch ein Mitglied der Fruchtbringenden Geſellſchaft gebracht, Cöthen, 1640. 4.

Saſcerides *Io* Odarum ſiue Carminum Sacrorum LL. IX.

— Carmen Seculare pro Eccleſia. Baſ. 1557. 8.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0038

Schaller *Wolfgang* Carmen Heroicum de Sabaeis Regibus, eorumque muneribus Chriſto oblatis. Witt. 1606. 4.

Schirmer, *David*: Lobgeſang von JEſu Chriſto. 1665. 8.

Schlegel *Ioach.* Meditatio de Spiritu S. Gorl. 1604. 4.

— Meditatio in Natalem Domini. Gorl. 1601. 4.

Schleiffentag *Gabriel:* Carmen Graecolat. in mirabilem iuxta, ac ſalutiferam Ieſu Chriſti Natiuitatem. Lipſ. 1620. 4.

Schmuck *Vincentius D.* Bibel-Büchlein, deutſche Monoſticha auf alle Capitel aller Bücher H. Schrift, A. und N. Teſtaments, mit Figuren, Leipz. 1615. 8.

Schroeter *Io. Torgenſ.* Pſalmi aliquot Dauidis eleg. carm. conſcripti. 1558. 8.

Schulteſius *Nicol.* Ionae Prophetae Hiſtoria, et ſeria Niniuitarum ad Deum conuerſio Carm. Heroic. Lipſ. 1596. 4.

Sedulius *Caelius Scot. Presbyt.* Mirabilium diuinorum ſiue Operis Paſchalis LL. IV. apud Fabr. Poet. Vet. eccl. Opp. p. 522 - 571.

Selneccer *Nicolaus:* Ionas Propheta conuerſus in Anapaeſtos et ſcholiis breuibus illuſtratus. 1567. 8.

— Paraphraſis Pſalterii, ſiue Carm. Dauidic. LL. V. Epitaphia Virorum inſignium *inſerta* Pſ. 93. Henricopoli 1573. 12.

Setler *Iacob* Dialogiſmus Chriſti et Afflictae eccleſiae, ex S. Scripturae Teſtimoniis, nec non verſ. lat. conſcriptus. 1629. 4.

Setler *Dauid* Miraculum rubi ardentis, nec tamen conſumti Exod. 3. accommodatum ad Chriſtum, natum, ſalua matris virginitate, ſaluiſque naturae utriuſque proprietatibus. Verſibus Hexam. expoſ. Witt. 1608. 4.

Siber *Adam* Sionion ſeu Hiſtoriae ſacrae LL. VIII. Lipſ. 1573. 8.

— Enchiridion Pietatis puerilis, oratione numeroſa ex antiquorum et recentium monumentis concinnatum Lib. IV. Lipſ. 1580. 8.

— Salomonis Canticum Canticorum Verſione Poetica expreſſum, Witt. 1608. 8.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0039

Siber: *Henr. Dion. Adam.* Odae Natalitiae D. N. I. C. tres Eccleſiaſticae eleg. carm. redditae. Witt. 1605. 4.

Siber *Io.* Commentum de D. Georgio eiuſque mythologica explicatio, vincta oratione conſcripta. Lipſ. 1593. 4.

Sigefridus: *Thomas* Carmen breue in Dn. noſtri Ieſu Chriſti Natalem, Lipſ. 1569. 4.

Smolius *Melchior:* Palatii Sionis imaginibus Biblicis exornati metaphoris ac ſimilibus ex S. Codice depromtis illuſtrati Tabulatum Budorgiacum a Geneſi ad Hiobum. Olſnae, 1659.

— Tabulatum Olſnenſe e Pſalmis in S. Codice Dauidicis, 1659.

Spangenberg *Io.* Pſalterium Carm. eleg. reddit. Magd. 1544. 8.

— Euangelia Dominicalia in Verſiculos extemporaliter verſa, Budiſſ. 1567. 8.

Spethe, *Andreas Stolberg. Satrapa in Weſterburg:* Dauidis Prophetae Regii, Paraphraſis Metrorhythmica, ad Melodias Gallicas, et Rhythmos germanicos D. Doct. Ambroſii Lobwaſſeri, concinne ac proprie accommodata. Heidelb. 1595. 8. min.

Starkius *Caſp.* Carmina Sacra, Lipſ. 1593. 4.

Starke *M. Sebaſt. Toh.* Speculum Diuinae benignitatis in homine. Witt. 1659. 4.

Steinmetz *Io.* Epigrammata in Feſtum Epiphanias, Lipſ. 1606. 4.

— Epigrammata in Natalem I. Chriſti, Lipſ. 1606.

Stethen *Steph.* Carmen de Natali I. Chriſti, Witt. 1566. 4.

Stigelius *Io.* Ioelis Proph. Concio de perſecutione populi Iudaici, et de vera Poenitentia, cum eiuſd. Stigelii Precationum L. I. Ien. 1555. 4.

Strasburg *Iac.* Ieſu Chriſti capti et vincti deductiones XII. Lipſ. 1562. 4.

— Bethlehem et Stabulum Ieſu Chriſti naſcentis hoſpitium, 1658. 4.

T.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0040

## T.

Tertullianus *Q. Septim: Florens* contra Marcionem LL. V.

— de Iudicio Domini L. I. apud Fabr. Poet. Vet. eccl. Opp. p. 756.

Thalmann *Bened.* Paraphr. Pſ. XLII. lat. carm. reddit. Witt. 1566. 4.

Theodulphi, Verſus in die Palmarum, apud Leyſer, p. 225 - 240.

Timaeus *M. Vrbanus*: Typus Aenei Serpentis in deſerto exaltati, Num. 21. in Hiſtoriam cruciatuum et acerbiſſimae mortis Dn. N. Ieſu Chriſti. carm. heroic. Witt. 1607. 4.

## U. V.

Ubiſerus *Micheas* de Nauali Chriſtianorum ad Echinadas, olim parta victoria Carmen, Torg. 1694. 4.

Venantius *Honorii Clementiani Fortunati* de partu virginis L. I. apud Fabr. Poet. Vet. eccl. Opp. p. 686 - 723.

— de Chriſti Ieſu Beneficiis, L. II.

Victor *Cl. Mar. Orator: Maſilienſ. ad Aethereum Filium* Commentariorum in Geneſin LL. III. apud Fabr. Poet. Vet. Eccl. in Opp. p. 311 - 349.

— de peruerſis moribus Epiſtola ad Salomonem Abbatem, apud eundem Fabr. p. 349 - 352.

Victorinus *Epiſc. Pictauienſ.* de Ieſu Chriſto, Deo et homine, apud Fabr. Poet. Vet. eccl. in Opp. p. 761 - 764.

Victorinus *Mar. Rhetor. Afr.* de Fratribus Machabaeis interfectis ab Antiocho Epiphane. apud Fabr. in Poet. Vet. Eccleſ. Opp. p. 444 - 452.

Vietor: *Marcus*, Antitheſis Regum Politicorum et Chriſti Saluatoris Aduentum et Pompam in Hieroſolymam die Palmarum continens, Witt. 1566. 4.

Ullmann, George Chriſtliche Paßions-Gedanken in deutſchen Reyhmen verfertiget, Freyberg, 1644.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0041

## W.

Wanckel *Io.* Carmina ſacra de I. Chriſti Dni N. Coena, Crace, et Reſurrectione, Witt. 1584. 8.

de Wedel *Rudiger Chriſtian:* Elogia Sacra ad ductum Euangeliorum concepta. Coln. Brandenb. 1689. 4.

Widebram *Fridr.* Pſalterium Dauidis integrum carmine redditum. Argentorati. 1579. 8.

Wiliſch *Martin* Elegia in Natalem Dn. N. I. Chriſti, Lipſ. 1557. 4.

Wolf *Io. George* Elegia in diem Reſurrectionis Dni. N. J. Chriſti, Lipſ. 1569. 4.

— Carmen in diem Concordiae anniuerſarium, quo reuerendus et clariſſimus Vir D. D. Martinus Lutherus ſanctae memoriae deceſſit. Lipſ. 1569. 4.

Zenner *M. Sam.* Die Allerheiligſte Geburt des Sohnes GOttes und der Jungfrauen beſungen, Chemnitz, 1665. 8.

Zimmermann *Paulus:* Andächtige gottſelige Betrachtungen des ganzen Lebens und Wandels, unſers HErrn und Heilands JEſu Chriſti, Dreßd. 1598. 4.

# IESVIDA
## Hieronymi Paduani,
## Ad Reuerendum in Chriſto patrem, Dominum Petrum Donatum, urbis Padue preſulem digniſſimum.

## *Hieronymi Paduani Ieſuida,*
### *Inuocatio Autoris ad Deum.*

Maxime coelicolum, ſupera qui celſus in aula
Aeterno imperio ſuperas, fortique tridente
Res hominum diuumque regis, quo turbine diro
Iudei irruerant, rabieſque traxerat illos
Tanta: tuo nato poenas inferre nephandas:
Horrendumque genus mortis: crudelius ipſa
Terque quaterque nece: eſt animus, deſcribere verſu
Hoc modo fluctiferum pater: o rege vela per aequor,
Primitiaſque mee (ſi qua eſt) en accipe muſe.
Tu quoque: qui ſanctus vitae nidor undique tollit:
Cuius et extremas orbis penetrauit in oras
Fama: ingens virtus morum: ſanctiſſima vitae
Relligio humanis pulchre comitata camenis
Et ſuperis: Latialis honos, hinc aſpice preſul
Inclyte, tuque auras claſſi concede ſecundas.
Nam mihi caeſar ades: atque es mihi verus Apollo
Nec dubitem auſpitiis tantis deductus haberi
Proch fortunatum: ac diuino degere nutu.
Huc adſis Donate: pater: tutare canentem
Metra: licet tenui ac iuuenili inducta cothurno.
Nam poſt, cum fuerim ſcribendi commoda nactus
Tempora: cum ſtudiis maneat tutiſſima ceptis:
Et mihi parta quies: maiorque aduenerit aetas:
Incipiam grauiora tuaeque ab origine gentis
Deueniens: tua geſta canam: modo fata ſecundent.
At mea nunc primo replentur carbaſa vento:
Littora deſtituam: et medium ferar altus in aequor.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0043

## *Conuocatio Demonum a Plutone principe infernali.*

Panditur infelix herebi domus ampla ſuperbi,
Tartareuſque ſuos miſera ad ſedilia Pluto
Conuocat ecce duces: rabidoque exeſtuat ore.
Rupe caua, medii locus eſt immanis auerni
Luce carens: ubi perpetuo nox incubat, illic
Circumquaque palus ſtygia: et ſtagna alta reſurgunt
Cocyti: heu quantus dolor hoc e gurgite fuſco
Auditur: nigra diſcurrunt fontis harena
Ingentes angues: horrendaque monſtra per undam
Deformi limo voluuntur, et impia tractant
Sibila: tetrorum natat hic genus omne colubrum,
Ignis edax fluuium: medio tamen aere ſerpit;
Aere, quo peius nihil eſt. noua adeſſe putabis
Hic elementa. Suum tali regione tribunal
Iupiter infernus ſtatuit: ſede arduus ergo
Terribili ſaeuas aties: rabidaſque phalanges
Conuocat: ore tonans miſeros. hi turbine vaſtos
Conſcendünt: replentque locos: ipſe altior inſit;

## *Oratio Plutonis ad Suos.*

Lethei dites: ingens hoc cauſa ſubegit,
Cogere concilium: nec vos mea dira poteſtas
Ne quicquam exciuit: variis terroribus angor.
Accipite haec memores: noſtramque his diſcite mentem
Horrida iam dudum: forti cum milite: bella
Congerimus: ſed pauca valent in prelia vires.
Saepius aduerſum vidiſtis, quantus in hoſtem
Inſurgat clypeo: et telum quo turbine verſet.
Vndique conueniunt populi, pars alta ſequuntur
Eloquia: et ſanctum pars hunc cum munere adorat.
Quid loquar? hic urbes: hic hic ſermonibus ipſa
Opida ſubuertit variis: totumque per orbem
Fama volat. Sua nunc gentes doctrina per omnes,
Spargitur: et tandem noſtris dominatur in oris.
Vincimur heu miſeri: quam parua potentia noſtra eſt?
Vincimur. iſte deo natum, magnoque parente

Se fecit: et miris teſtatur: et approbat iſtud
Hominibus. claudi incedunt: ſua lumina ceci
Obſtupuere: nouas muti dixere loquelas:
Audiit et ſurdus; turpi dehinc corpora lepra;
Mundauit: cecis animas reuocauit ab umbris;
Frigida mandauitque iterum ad ſua membra reuerti.
Hic puer: et medio doctorum celſus in orbe
Conſtitit alta docens. nunquam riſiſſe notatus,
Saepe dedit gemitus. Siccis ſuper aequora plantis
Ipſe maris gradiens: timidum coeca ima petentem
Diſcipulum dextra tenuit, quare iſta fatentur
Eſſe deum. tamen inde ferunt de virgine natum.
At pater ignotus. Sitit hic. Saepe ardor edendi
Inuaſit: quem turba Hieſum modo clamitat. ipſi
Vidiſtis quam magna canant, qui carcere noſtro
Clauduntur, letique diem aduentaſſe ſalutant,
Quo patriam repetant, inuiſaque moenia linquant.
Quis nouus iſte furor, tentandum eſt, an deus is ſit,
Siue homo, ſi vitae fuerit ſibi terminus, omnis
Queſtio iam pateat, neque enim regnator Olympi
Extingui, vel morte poteſt occumbere dura.
Experiamur. ego varias in pectore curas,
Et noua conſilia, atque nouas demetiar artes.
Nam Hieſus hic magna populi comitante corona
Hieruſalem ingreditur, cui ramis agmine facto
Occurrunt olee; proſtrati corpore terra,
Sub pedibus pallaſque locant, et carmina dicunt.
Hic labor omnis adeſt, cunctorum vertere mentes
Scribarum, rabidumque animo inſtigare furorem
Principibus, varios vulgi miſcere tumultus
Morte reum clament, ipſum quoque fida ſuorum
Agmina deſtituant, pretio tradatur et hoſti.
Vadite iamque citi, pedibusque accingite pennas.
Tu quoque mea imprimis Allecto concipe vires,
Et ſolitas artes. maior tibi gloria reſtat,
Si ſtruere, et tantam poteris componere mortem.
Quare age gorgoneis, mea nata, accincta venenis,
Aggredere, et diros longis de crinibus angues
Eripe, vipeream ſcribarumque inſice mentem



Atque

Atque odiis reple phariſeos, iraque rumpat
Inde Sacerdotes: Scarioth tua vulnera Iudas,
Sentiat, hunc auri cogat vis rumpere leges.

*Hieronymus loquitur hic poetice*

Haec poſtquam diro latrauit gutture Pluto,
Ex templo ſurgunt aties, vaſtaſque per umbram
Emittunt voces, et dentibus inde furorem
Infrendunt, qualem venti dant ſaepe fragorem;
Aut cum nube caua, rubeo Vulcanus amictu,
Frangitur, et medio tonitrus ſonat aere longus.
Tali inſanibant rabie mala pectora, et ira hinc
Atque illinc coeco diſcurrunt undique curſu.
Et ſata nocte altum tranſuerberat aera pennis:
Hieruſalemque petit, primeque in limine portae
Ingentem eiecit triſti de crine colubrum:
Qui totam furiis agitaret protinus urbem.
Indeque tecta petit ſcribarum, magnaque verſat
Templa Sacerdotum, et flammis accenſa, draconem
Cuique ſuum iniecit, qui crebro lubricus orbe
Voluitur, et leui ſumma ad praecordia gyro,
Delapſus, mentem furiis agitauit amaris.

*Conſilium, Scribarum, Sacerdotum, et Phariſeorum.*

Tunc variis ſecum dictis: et murmure coeco
Conueniunt patres, quorum qui maximus aeuo
Incoepit. quis nos grauis circumuolat horror?
Quid ſtruimus? populos hic hic narratur in omnes,
Signaque magna facit, gentes ſua dicta ſequuntur,
Et quecunque docet, veluti ſint numinis alti,
Accipiunt miſeri, quae nos fortuna ſequatur
Querendum eſt: veniunt Romani, noſtraque tollant
Imperia, et miſeri ignotis errabimus oris.
Inueniat timor iſte viam. modo letus in urbe
Hic homo, ſucceſſu populi, et felicis oliuae
Frondibus eſt ſumptus. medium teneamus, et ipſe
Morte luat poenas, morte eſt dolor iſte piandus.
Talibus inter ſe dictis incepta fremebant
Conſilia; atque Hieſum querebant tradere morti.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0046

## *Quomodo Diabolus miſit in cor Iudae: ut Chriſtum traderet.*

Vtque ſatis primos acuit dea ſaeua furores:
Atque omnem euertit ipſis cum patribus urbem,
Ad Iudam Scarioth, obſcenis protinus alis
Accelerat, miſerumque omni complectitur angue.
Fodit auaritie primo ſua pectora telo:
Poſt virus tetrum iniecit, quo prodere tentet,
(Heu demens) hoſtique ſuum dulcemque magiſtrum
Traderet. o nimium dura eſt ab arundine foſſus
Infelix Scarioth. coepit namque primitus illud
Sacrum opus unguenti, verbis damnare prophanis,
Nec ſatis hoc miſero, ſed mox ad limina patrum
Hinc celeri fertur greſſu: pretium que popoſcit:
Et dare ſe ſpondet ignoti ſigna magiſtri,
Atque ubi cum charis ſotiis verſetur: et inde
Hunc teneant, quemcunque ſibi monſtrauerit ipſe.
O fraudis ſaeuae, o ſceleris fabricator iniqui
Funera tu ne viri pergant in cognita tanti
Speraſti: tantumque nephas reſideret inultum
Demens? magna diu nequeunt delicta latere,
Nam comes a tergo ſequitur vindicta nephando,
Nemo unquam ſceleris longo letatur in aeuo.
Tempus erit, quo mentis inops, cunctiſque peroſus,
Me mare in abruptum clamabis, ferte procelle,
Inque feras Sirtis ſcopulos me tollite in altum
Vndique disiectum, vaſtis ubi montibus haeret
Aeterno nix alta gelu, detrudar et illic,
Aut ubi vicinus victum mortalibus omnem
Sol negat, et dira ſurgunt qua parte venena.
Tandem incerta putans, Chriſti pietatis es amplae
Immemor. heu triſti rumpes tua colla capiſtro.

## *De Chriſti captione: in monte Oliueti.*

Accipit ergo aties ſaeuas, triſteſque cohortes
Infelix, graditurque armato milite cinctus.
At Hieſus iſta ſuo voluens ſub pectore ſummi
Iuſſa patris, properans Cedrontis protinus alueum

Tran-

Tranſuperat, placido iacet hic in gramine campus,
Quem Hieſus ingreditur paruo agmine circum ſeptus
Hic quoque de veteri : ſinuato poplite : more
Orabat : magnoque dabat ſacra verba parenti.
Ecce armis inſtructa aties : rabidique manipli
Inde ſuperueniunt : medio tradente quid inquam
Miles acerbe furis ? veniet quo victima fiet
Sponte ſua innocuus : medius quoque ſtabit in aris
Agnus : et expoſita cupiet ceruice necari.

### *Hieſus Alloquitur Iudaeos eum quaerentes.*

Vt ſubitos vidit longis cum fuſtibus hoſtes
In ſe ferre gradum Hieſus : ultro acceſſit, et inquit,
Quem tanto armorum concurſu queritis ? illi
Reſpondere ; Hieſum, Iudea Nazareth ortum.
At Hieſus : ipſe coram ( dixit ) quem queritis adſum.
Tunc male ſana cohors : Iuda impulſore : ſupini
In terram exangues tanta cecidere loquela :
Qua coelum : terraque tremit rurſuſque rogauit
Quem petitis? dixere Hieſum. quibus ipſe ita fatur,
Me me ? adſum, me me ſaeuis ne poſcite vinclis ;
Ipſe comes veniam : tamen hos concedite abire
Dixerat. ex templo dextras in pectora diras
Certatim iniiciunt : colloque miſerrima turba
Imponit funem : vinctumque in moenia ducunt.

### *Auriculam Malcho Petrus amputauit.*

Non tulit hec Petrus : quamquam iam tardior aeuo ;
Et tepeant vires, medium ſed fertur in agmen,
Et Malchum aggreditur. iugulo cui dum petitenſem
Condere : labenti terrae, dextram abſtulit aurem,
Cui Hieſus. gladium vagina trade locandum,
Petre, quid in ſanis ? num mundum ingreſſus iniquum
Iuſa paterna feram ? quenam hec eſt dira cupido ?
Sic fatus. Malchum turbatum ſanguine, terra
Subleuat, atque aurem propria ſtatione reponit.

### *Ad Annam preſidem Hieſus ducitur.*

At fera turba Hieſum rapit. ( miſerabile dictu )
Adque Annam magno ducunt clamore, reuinctum
Heu poſt terga manus ; captoque illudere gaudent.

Petrus

## *Petrus abnegat Chriſtum.*

Petrus ut, iſta ſuo fieri, conſpexit amori,
Ingemit et trepidus, fido comitante Ioanne,
Inſequitur longe, turbe veſtigia ſeruans.
Iamque introgreſſi truculentas preſidis edes
Iudei: captum ante pedes ſtatuere thyranni.
Diſcipulusque una ingreditur preſtante iuuenta,
Notus cuſtodi: Symonemque admittier orat
Excluſum, cui mox ſubeunti portitor inquit:
Num comes huius eras hominis? negat ille, pauorem
Stabant, et borea torres urgente fouebant
Turba miniſtrorum, infelix, quibus ordine Petrus
Addit ſe ſotium pariter, frigusque leuabat.

## *Annas Hieſum interrogat.*

Interea preſes ſic ſede affatur ab alta:
Atque Hieſum: qualis ſeu ſit doctrina requirit:
Qui ſotii: intrepidus Hieſus Anne talia reddit:
Omnia ego vulgo docui: Sum voce locutus
In Synagoga: et templo, quo gens tua ſemper
Conueniunt: mundoque palam late omnia dixi.
Vox mea in occulto nunquam eſt audita. quid ergo
Me petis? hoſce roga, qui me videre docentem.

## *Chriſti facies a Seruo ceditur.*

Talia dum memorat: non plura eſt paſſus iniquus
Seruus: et in faciem dextra ruit: oraque tundit
Pulchra Hieſu. tu ne hec (Scelerata exclamat in aula.)
Pontifici loqueris? cui mitis reddidit agnus,
Iam teſtare, meo ſi quid male decidit ore:
Sed bene ſi dixi: quid me crudeliter angis?

## *Ad Caypham Pontificem Chriſtus ducitur.*

Dumque hec audiſſet preſes: iubet inde ligatum
Duci ad pontificem Caypham: qui tempore in illo
Protulit: atque iſtec dederit (licet ore nephando
Predixit) preſtare unum dimittier orco:
Munere quam vite populum fore dulcis ademptum.

## *Petrus iterum Chriſtum abnegat.*

Aſt que Vulcani carpebant turba calorem
Aſtanti dicunt Symoni: tuus iſte magiſter
En erat. infelix iterum timido ore negauit.
Iſta negas, inquit, Malchi cognatus: in horto
Nonne ego te pariter vidi? negat acrius ille.
Nec mora fit? gallus (veluti predixerat illi
Ante Hieſus) Signum noſtro patefecit adunco.

## *Chriſtus ducitur ad Pylatum.*

Aurora interea croceo ſurgebat ab ortu
Luciferis infecta rotis: cum peſſima mitem
Turba Hieſum rapiunt: adque alta palatia magno
Cum clamore trahunt: Cayphas ubi more priorum
Cum ſociis operam feſtis paſchalibus almam
Leti indulgebant: ne ſacra incepta furore
Turbarent: verum ut ſedata mente litarent:
Non coepere aditum. Iudex aſt ipſe Pylatus
Egreditur: turbamque rogat rabido ore frementem,
Quidue petant: trepidique virum quo crimine cuſent;
Cui gens ſacri lega fatur ſic voce ſuperba,
Ante tuum in ſontem non eſt mos ducere Ponti
Iudicium: et praue non dignas ſumere poenas.
Accipite ergo virum: proclamat ore Pylatus:
Vtque iubent leges in eum procedite veſtrae.
Sed furor intonuit: non noſtrum eſt: nec licet ulli
Mortem inferre viro: dulcique excludere vita.
Peſſima gens: animo tu iam de morte ſceleſti
Concipis: o dignam toto maledicier orbe
Pontius ergo Ieſum Sacratam duxit in aedem
Talia dehinc fatur. Iudeum rex, mihi pande,
Es tu? ſumma refert pietas, a te iſte refluxit
Sermo: vel alterius didiciſti voce loquentis.
Nonne ego Iudeus ſum, reddidit inde Pylatus,
Gens tua: pontifices: duxerunt te mihi morte necandum,
Cauſa neciſque tanta fuit: vel quod ſcelus hoc eſt?
Agnus ad hec, mundo mea ſi nunc eſſet in iſto
Regia; proſpiceres certantes magna miniſtros



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0050

Pro domino atque armis, ſumma tuerentur ab arce,
Nec daret inuiſis paterentur gentibus ultro,
Ponentes vitam pro me. verum altera regna
Sunt mihi: nec tali fertur mea gloria mundo.
Regna igitur tibi ſunt. nomen, fert ille: ego regis
Inde gero: et nullo eſt regnum ſuperabile bello.
Agnus ait, latebras et ad hoc ſum corporis iſtas
Et mundum ingreſſus: quo veri teſtis et auctor
Egrederer: mea vox veri cultoribus almi,
Quique pium rectumque colunt, captatur in aure.
Quid verum eſt, querit tunc Pontius: iſtaque poſcens
Rurſum ad Iudeos exit. de hinc talia clamat:
Nullam ego: quid quereris: in eo (gens impia) cauſam
Comperio: cuncto vacat hic a crimine iuſtus.

*Iudei petunt Barrabam dimitti.*

Aſt unum, in veſtro, mos eſt, dimittere paſcha,
Carcere detentum, manet haec ſententia vobis
Vt Iudeorum ſoluam hoc cum munere regem?
Altius exclamant: Barrabas ſolennia nobis
Exigat, hunc morem Barrabas perſoluat; iniquus
Hic erat, et dextra rapiens aliena tenaci.

*Chriſtus flagellatur et coronatur.*

Talia conſpitiens, et vulgi corda, Pylatus,
Fune Hieſum vinctum, ſaeuis iubet ergo flagellis,
Contundi. properant iudei, moxque coronam
Sentibus implicitam plectentes, ſanguine multo
Heu ſingultanti capiti, terramque tuenti
Imponunt: teloque premunt hinc de ſuper omnes:
Atque illudentes: pallae candentis amictu
Purpureo: mitem circundant protinus agnum:
Atque ipſum riſu probrabant: inclyte ſalue
Rex Iudeorum. tunduntque ſacra ora pugillis.

*Hieſus multis opprobriis Saturatus, a Pylato Iudeis demonſtratur.*

Pontius egreditur rurſus, turbamque malignam.
Talibus alloquitur: nullam (cognoſcite) cauſam

Inuenio: vobis duco hunc ſine crimine iuſtum.
Spinea ſerta gerens. trahitur Hieſus: oraque terrae
Inde fixa tenet: palla circundatus alba
Vtque hunc pontifices, rabidi pariterque miniſtri
Conſpexere: ulla non ſunt pietate reflexi.
In cruce fige virum; clamant, iterantque loquelas.
Pontius hec contra: vos vos hunc tollite et inde
In cruce: cauſa in eo nulla eſt, vos fingite dira.
Iudei clamant, noſtra hunc lex undique damnat,
Namque, deo natum, populo, ſe dixit, in omni.

*Pilatus timore circundatur.*

Preſidis, ut talis ſermo peruenit, ad aures,
Extimuit: rurſuſque ſubit pretoria, querens
Iſta Hieſum, que te regio produxit: et unde
Es tu? nulla dedit Hieſus illi verba roganti.
Pretor ait. quid tu inde taces? mihi magna poteſtas,
Vt cruce te figam ſeruemque eſt tradita: nunquid
Ignoras? tunc mitis adhec ita redidit agnus:
Vim tibi ne quicquam de me fortuna dediſſet:
Arbitrium ni iam, ſupera qui regnat in aula,
Traderet, ac de me tales laxaret habenas.

*Hieſum Pylatus dimittere querebat: ne occidendo innocentem peccatum incurreret.*

Hec dum commemorat Hieſus: ipſe exinde Pylatus
Querebat, rabidi populi ut diuerteret iras,
Ne quicquam: veluti urgentes qui claudere riuos
Tentet: et alterius curſum retinere putarit
Fluminis infeſti, cum multo ceſpite, longis
Viminibus, nec non ſaxis, ſudibuſue peruſtis
Confecit paruo manſurum tempore collem,
Nam dum ligna petit ſerie contexere: et amnem
Claudere, rumpit opus, et iam ſuper eminet unda.
Non ſecus hec rectos monitus, fera turba Pylati,
Diſſipat: atque omnes ipſas committit in auras,
Et ſuper hec addit rabies, iam Caeſaris. omnis
Cedat amicitia, et ſaeuam conſurgat in iram,
Hunc modo ſi ſaluas: nam Caeſaris inficit alum



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0052

Imperium regis quiſque ſibi nomen adegit.
Talibus impulſus preſes, feruente furore,
Eduxit multo foedatum ſanguine Chriſtum.
Eſt locus horrenda ſublimis ſtructus in aula,
Quem Litoſtratum perhibent, ſed Gabbata dicunt
Gens hebrea manet veteri hic de more tribunal,
Pretor ubi ſeſe: populi clamore locauit,
Et ſic ore dedit; veſtrum decernite regem,
Rex hic veſter adeſt. Sed mox furor impius infit:
Tolle reum. iam tolle reum cruce dede necandum,
Ergo tuum triſti (preſes fert) tradier orco
Regem optas? cui pontifices dixere nephandi,
Rex eſt Caeſar, et hic ſolus dominatur in orbe,
Nobis ſolus adeſt Caeſar, tunc rapta furore.

*Chriſtus a Pylato traditur Judeis cruci figendus.*

Conſpitiens populi clamantis corda, Pylatus
Vincitur: inque manus agnum, et ſaeua ora luporum
Tradidit. ecce ruunt alacres, atque ethera voces
Tollunt ſacrilegas. qualis leo gaudet in oris
Armeniis, ceruam, *rapuit ſi quando*, parentem.

*Chriſtus inter duos latrones crucifixus locatur.*

Poſtquam ad Caluariae venit gens impia collem,
In terram ſtatuere crucem, cruce et inde ſupinum
Conſtituere Hieſum, ſanctas quoque cuſpide ferro
Inde manus, atque inde pedes fixere beatos.
O dolor! o pietas! medium ſtatuere nephandos
Inter raptores, atque eſt numeratus in illis.

*Titulus triumphalis in cruce ponitur.*

Vtque ſolent moeſtis tituli ſupereſſe ſepulchris,
Carmine ſic vaſto ſignat crucis ora Pylatus:
Significatque illa, pendere ex arbore Chriſtum
Nazareth eductum, tali notat atque tabella,
Rexerat iſte Hieſus iudeum, qui manet iſta
In cruce. et hunc verſum plures legere, Pylatum
Vltro accuſantes, regem hunc inſcribere noli.
At, quia ſe dixit regem. ſed talia reddit
Pontius; aeterno maneat hoc carmine ſcriptum.

## *Veſtes Chriſti Iudei inter ſe diuidunt.*

Iam cruce, iam patulis manibus, diuina poteſtas
Pendebat. tunc ſaeua cohors, ſuadente furore,
Corripuere pias veſtes, atque inde proterua
Diuiſere manu, nequid ſupereſſet in illo,
Quattuor in partes ſtatuunt, atque in ſuper herum
Cognouit pars queque ſuum: ſic ira miniſtrat.
Altera veſtis erat, manibus quam fecerat aptis
Ipſa ſuo nato, rerum doctiſſima: mater:
Vndique acu totum, contextam de ſuper orbem
Hanc ſecare nephas rati, dixere viciſſim,
Hanc habeat, cuicunque fauet ſors aſpera ludi.
Ac veluti imbellem rapiens frendente bidentem
Martius ore lupus, poſtquam crudeliter aluo
Immerſit pauidam, ac fruſtra clamore petentem
Auxilia: in partes ſaniae rorantia mille
Vellera diſpergit, ventis atque irrita donat.
Te tua fata manent, aderit (gens impia) tempus
Haud expectatum, quo tu ſpolia iſta, diemque
Et miſeri nati. natorumque exitus omnis
Oderitis, vaſtum miſeri peragrabitis orbem:
Vos fugient populi: nulli ſocia agmina iungunt,
Nuſquam certa domus: requies et nulla labori.

## *Commendat Ioanni matrem cuſtodiendam.*

Venerat ergo Hieſu mater, comitata cohorte
Feminea, laniata comas, laniataque pallam:
Pectora contundens pugnis. hanc natus ab alto
Proſpitiens: pariterque ſuum ſupereſſe Ioannem;
Talia de hinc: matris dimiſſo nomine: fatur.
O mulier tibi natus hic eſt, tua cura Ioannes.
Tu vero, ſpes ſola, tuam hanc ſolabere matrem.
Nec plures laſſo rupit de pectore voces.
At genitrix ubi verba ſui cognouit alumni:
Succiduo miſeranda genu, ſine viribus ullis
Succubuit, moeſtam illachrymans ſubit ipſe Ioannes,
Et matrem ingenti terram langore petentem
Suſtinet; et dictis miſeram ſolatur amicis.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0054

## *Chriſtus in Cruce ſitiuit.*

His actis inſcripta Hieſus ſecum omnia voluens:
Et quecunque, ſacri de ſe dixere prophetae,
Clamauit: gens praua, tuae mihi magna ſalutis
Eſt ſitis. ecce canes raptimque ſine ordine currunt,
Crudeleſque parant ſuccos, et pocula condunt.
Iſopus infelix acri miſcetur aceto,
Atque Hieſu apponunt ori. Sed triſtia poſtquam
Pocula ſunt primis Chriſti percepta labellis,
Omnia, voce refert, iamiam conſumpſimus. et haec
Cum memorat, ceruix ultro collapſa recumbit,
Spiritus et tepidos linquit feliciter artus.
Iudei interea: quoniam ſacra feſta manebant,
Sabbaticuſque dies aderat, rogauere Pylatum
Vt iubeat ferro contundi membra virorum,
Ne ſuſpenſa die ſupereſſent corpora ſancto.
Turba ruunt, primique infringunt crura latronis;
Atque una alterius. dum vero caetera luſtrant:
Vtque Hieſu ſanctos non firmet ſpiritus artus;
Oſſa illeſa ſinunt. valida ſed feruidus haſta
Miles erat, qui dulce Hieſu latus, apertum.
Ex templo tali fluxit de vulnere ſanguis
Mixtus aquae, obſtupuere omnes, miratus et ipſe
Eſt miles, veniamque ſui petit ille reatus.

## *Hieſus in cruce loquitur ad animam chriſtianam.*

Dulcis mica veni, Hieſu auerſa vocantem
Reſpice, et ardenti amplectar te pectore charam.
Dulcis amor, quo ſola fugis, nam tuta per altas
Tranſieris nunquam ſine me caliginis umbras.
Ille, anima, ille tuus, heu nunc cognoſce, creator
Ille ego ſum flagrans et viuo ſautius igni,
Quem noua flamma, tue quem cura ſalutis adurit,
Huc celeres huc flecte gradus, hoc aſpice lignum,
Quo ſuper infixus, ne iam damnata ſubires,
Crudeles poenas, ego te, miſeranda redemi,
Expecto: ac nimium dilecto accenſus amore,
Brachia aperta dedi, frontemque ad oſcula flexi.

## *Chriſti Corpus ſepelitur.*

Talibus ( infandum ) exactis, vir ſanguine clarus,
Diues opum Ioſeph, urbe Arimathiaque creatus
Proceſſit, corpuſque Hieſu, tradente Pylato:
Suſcipit, atque humilis moeſtos inſtaurat honores.
Inſtat et una operi Nicodemus triſtis, et una
Illachrymans munus properat, ſanctique magiſtri
Vulnera ſaeua lauat, de hinc dultia oſcula figit,
Pectoreque ab imo gemuit, poſt moeſtus inunxit.
Aſt alii niueo inuoluunt velamine. talem
Seruabant ritum veteres: conduntque ſepulchro.

## *Concluſio Operis.*

Nunc mea de prora in littus iactetur apertum
Anchora: parua cedant ducentia vela: phaſellum
Attigimus portum, placidis comitantibus euris:
Venti aſpirarunt dulces: ſatis aequor araui:
Nunc demum terras luſtrabo: atque inde paleſtre
Herebo ſolite: iuuat hec ceciniſſe, placetque
Hos noſtro cantus inter poſuiſſe labori.
Gloria: lauſque et honos tibi ſint: ac ſumma poteſtas
Imperiumque ingens: hominum fator optime. quicquid
Extremus lucem ſolus colis: huc via nulla
Acceſſum oſtendit. tua ſumma potentia terram
Fundauit: regit atque orbem prudentia totum.

## *Agit grates preſuli: in principio operis inuocato.*

Poſt hinc perpetuas, Pataui, tibi, maxime paſtor
Ingenteſque habeo grates, numeroque carentes:
Quas utinam poſſem digna enarrare loquela.
Non debere minus tibi ſe, mea muſa fatetur,
Quam Maro grandiloquus tibi debuit: inclyte Caeſar
Cuius ob ingentes cecinit ſacra carmina laudes.
Principium ſtatuens preclaro a ſanguine gentis
Dardaniae veniſſe olim: qua nunc quoque gaudet
Eugana antiqua: nomen traxiſſe decorum.
Nam poſtquam in cineres verſa eſt Neptunia Troia,
Relliquias ſecum portans has attigit oras

Maximus Antenor. hic tandem Marte fugatis
Hoſtibus: ingentem diuino condidit urbem
Auſpitio: nomenque urbi, gentique locauit
Egregium: quod nunc late maria omnia pulſat:
Extremumque orbis: tandem ſuper aethera notum eſt.
Hanc modo tu ſedem auſpitiis regis, Optime, Sanctis
Preſul: ab antiquo Donate nomine ſtirpis
Deueniens: Venete laus et horror inclytus urbis.
Felices Pataui, tanti quibus attigit eia
Paſtoris praeclara ſequi veſtigia longo
Tempore: quo placidam potuerunt ducere vitam.
Nunc quoque magna pio perſoluant vota tonanti
Pectore, et inde Hieſum ſedato talibus orent.
O pater omnipotens, o coeli maxime rector,
Quem terrae: quem ſtagna colunt, venerantur, adorant,
Magnificant, quem cuncta ſuum generata creantem
O ſi quando tuas licuit prece Iupiter aures
Flectere, nunc iuſtas audi iuſtiſſime voces.
Nos bonus, et longo pauit ſub tempore, paſtor,
Cognouitque ſuas pecudes: cognouimus ipſum.
Non agni metuere lupos, contagia nulla:
Saepe ſolent maculare gregem: mala vulnera fecit.
Aurea preluxit aetas. nunc voce rogamus
Supplice: paſtorem paterno concede futuro
Tempore adhuc nobis per ſaecula longa ſequendum
Vltima cunque aderit ſibi poſt feliciter aetas:
Extremuſque ſibi pandetur terminus aeui,
Tunc iubeas veniat, proprio comitatus ouili
Paſtor: et aetherea celſus ſtatuatur in aede,
Stent circum laete pecudes, noua carmina dicant.
Excelſum ad regis tunc preconium ſolia artent
Preſulis alta ſui, nec finem verſibus addant.

### *Carmen breue de compaſſione amariſſima Mariae virginis.*

Sancta Dei genitrix: moeſta comitata cohorte:
   Ad nati venit triſtia fata ſui.

Ad

Ad quam natus ait: mulier: tua cura Ioannes
Hic erit, atque decus, preſidiumque tibi.
Charo diſcipulo dixit: ſolabere matrem
Deinde tuam: que iam multa dolenda tulit.
Succubuit, poſtquam vocem cognouit alumni;
Pectora contundens cum nimio gemitu.
O quantos illic mater dilecta dolores
Paſſa eſt: hos etenim dicere nemo poteſt;
Nec poterit quisquam digna enarrare loquela;
Quem matri charus filius ipſe fuit.
Illius ingentes dicamus carmine laudes;
Que populis pandit prima ſalutis iter.
Ergo pie matri ſit laus et gloria: cuius
Ipſe libens ſubiit viſcera caſta deus.

---

Impreſſit Liptzk Iacob Thanner.
Anno domini M. ccccc. XVI.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0058

# Mantiſſa I.

## *ad Ieſuidam.*

Vnde, Poeta hic, denominationem huius ſui Carminis arceſſerit, coniectura vix adſequi poſſum. Id quidem haud obſcurum eſt, quod a Ieſu, cuius cruciatus et mortem, vates hic cecinit, vox haec deriuanda ſit. Sed quaenam et qualis eſt haec terminatio? da! Ieſuida. Antiquiſſimorum et recentiorum poetarum ſcripta eiuſmodi terminantur, plerumque in As; Ais; Eis; Is: nuſpiam autem, me ſcriptum quoddam: in da; vidiſſe memini. Recenſebo aliquot carmina,

in As.

Beuſt: *Ioach; de*; Chriſtias, vide retro, p. 14.

Bidermann: *Eraſmus:* Herodias LL. III. Dilling. 1622.

Clemens: *Wencesl.* Trinobantias Auguſta ſ. Londinum LL. VI. 1636.

Didymus: *Paulus*; Ioſephias LL. VIII. Lipſ. 1580.

Nota: A. Fr. Roſenberg anno 1756. Hamb. edidit. Verſuch zu einer Ioſephiade, nach der Verwüſtung der Stadt Liſſabon, 4. 3. plag.

Peterſen *Io. Willh.* Vranias, qua; Opera Dei magna, omnibus vetro ſeculis et oeconomiis tranſactis, uſque ad Apocataſtaſin ſeculorum omnium, per Spiritum primogeniti glorioſiſſime conſummanda, Carmine heroico celebrantur. Accedit συςοιχιας Chriſti et Belial, regnique Lucis et Tenebrarum, et carmen in Nuptias Agni, Francf. 1720. 4.

Philelphus *Franciſc.* Sfortias ſ. Opus Sfortiados LL. VIII. id quod de rebus Italicis agit, et aliud forte quoddam huius Poetae ſcriptum metricum, de I. C. Sacerdotio, cum hac Sfortiade non eſt confundendum.

Praetorius: *Martin*; Marchias LL. II. Strasb. 1594. 4.

Schwanmann *Chriſtoph ab Attendorf.* Chriſtiados LL. III. 1650. 12.

Tuberinus: *Io. Erythropolitanus ſ. Rotenburgenſ. Profeſſor, vel pro ea aetate, Lector Lipſienſis:* Muſithias de coelitibus et ſacris

hiſtoriis in muſas nouem (totidem libros) digeſta, ad Georgium, inclytum Saxoniae Ducem, carm. heroic. Lipſ. 1514.

Winandi *Catharini* Iulias LL. VI. Coln. 1575.

in Ais.

Gleiſenberg: *Virgil*; Boleslais LL. VI. Ratisb. 1722.

in Eis.

Aegidius Achilles, a Monte Falcato: Clareis; cuius poetae, nomen, et annum emortualem 1641. praeteraque nihil, habet Ioecherus in Lexico Eruditorum.

Am Ende *Chriſteis* vide retro, p. 13.

Priami Capocri, Siculi Lilybetani: Fridericeis ſ. Poema de Rebus Geſtis Friderici Admorſi.

Fl. Creſconius Corippus, Affricanus, poeta, et Grammaticus Chriſtianus Saec. VI. Iuſtino II. Imperatori, poema hiſtoricum: Iohanneis, LL. IV conſecrauit, quod quidem Michael Reizius Antwerpiae 1581. aut Altdorfii, teſte Io Alberto Fabricio 1604. atque Thom. Dempſterus Pariſiis. 1614. notis illuſtratum, in lucem publicam emiſerunt.

Dannhauer: *Io. Conrad*: Chriſteis.

Friſchlini: *Nicodemi*; Hebraeis LL. III. 1650. 8.

Leceeruitius *Io.* Pomeraneis LL. V. Gryph. 1582.

in Is.

Britonis *Guil.* Philippidos LL. XII. Cygneae 1657.

Clemens: *Wencesl*; Guſtauidos LL. IX. L. B. 1632.

Forſter *Io.* Fridericidos, i. e. de Rebus Geſtis Io. Friderici Pii et Conſtantis cognomen adepti. LL. V. Lipſ. 1602. 8.

Narſius *Io.* Guſtauidos LL. III.

## Mantiſſa II.

Poetae ſequentes, eorumque Poemata, calamum, in deſcribendo mundo, uti vulgo loqui ſolemus, feſtinantem effugerunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0060

A.

Andreae: *Adam. Schol. Chemn. Rector, Exul.* Gratitudinis Ara. Auguſtiſſimo ac omnium dulciſſimo nominum Ieſu in hac mortalitate erecta et duabus centuriis aucta. Cygneae. 1639. 12.

B.

Balduinus *Fridr.* Paraphraſis Elegiaca Threnorum Ieremiae Prophetae; et ſeptem Pſalmorum Poenitentialium. Wittenb. 1600. 8.

Barth: *Caſpar*; Geronticon LL. duo e Muſeo Chriſtiani Daumi; Cygneae. 1674. 8.

Bodenſchatz *M. Erhard. Lichtenb. Muſicus et Eccleſiae Rehuſanae Paſtor.* Pſalterium Dauidis, iuxta Tranſlationem, Hymnis et Orationibus Eccleſiaſticis, quatuor vocibus compoſitum. Lipſiae. 1607. 12.

— Harmoniae Angelicae Cantionum eccleſiaſticarum, d. i. Evangeliſche Freuden-Lieder, und geiſtl. Kirchen-Pſalmen, D Martin Lutheri, und andrer frommen gottſeligen Chriſten, Leipz. 1608. 8.

Buchka Joh. Simon Evangeliſche Buß-Thränen über die Sünden ſeiner Jugend, und beſonders über eine Schrift, die man: Muffel der Heiligen; betitult, mit poetiſcher Feder entworfen, von dem Verfaſſer des ſo genannten Muffels, oder beſſer M. Oufle. Leipz. 1740. 8.

C.

Codomannus: *Salomon Byruthini:* Peruigilium Pacis Trochaicum Threnorum Ieremianorum et Manaſſeae Deprecationis, nec non pure-Galliambicam Salomonis Canticorum Cantici Paraphraſin continens: ad Florentiſſimum Iuuentutis Principem, Fridericum, March. Brandenb. Boruſiae etc. Ducem Norimb. Burggrauium, anno pacis principis. 1626. 8.

Critander M. Joh. Schulmeiſter zu Budißin, Ein ſchön geiſtl. Spiel von den Samariter, Luc. X. Budißin, 1565. 8.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0061

## D.

Dracontii: *Toletani, Hiſpani*; Hexaemeron, ſeu de Opere ſex Dierum, et Creatione Mundi Liber ſingularis cum M. Io. Weitzii. Indice, Gloſſario et Notis, quae iuſti Commentarii vicem eſſe poſſunt, collatis inter ſe veterum ſcriptorum, maxime S. S. Patrum, de conditione rerum uniuerſalium, ſententiis. Francf. 1610. 8.

## E.

Eychler: Michael; Bibliſch Calender, darinne vff alle vnnd iede Jar, Tag vnnd Stund, einem iegklichen Menſchen, aus der allergewiſſeſten Aſtronomie der H. Schrifft ſein Glück oder Unglück, ſeiner Buß- oder Vnbußfertigkeit nach anzeiget, auch den einfältigen Chriſten Anleytung gegeben wirdt, wie ein ieder die ganze H. Schrifft iarlich vffs allerfüglichſt durchleſen möge. Frankf. 1580. 8.

## F.

Fabricius *George* Paeanum Angelicorum LL. III. Lipſ. 8.

Flaminius: *M. Antonius*; In librum Pſalmorum breuis Explanatio, Adiectae ſunt in ſtudioſorum uſum, eiuſdem authoris in Pſalmos aliquot, ſuo quaeque ordine et loco Paraphraſes. Item adiectae ſunt in triginta Pſalmos Paraphraſes, carmine ab eodem conſcriptae et ſuo loco poſitae. Lugduni. 1557. 12.

Friſchlini, *Nicodemi*; *Balingenſis*: Hebraeis, continens duodecim libros: quibus tota Regum Iudaicorum, et Iſraeliticorum hiſtoria, ex ſacris litteris ad verbum deſumpta, carmine heroico Virgiliano deſcribitur. Argent. 1599. 8.

Friſchlini *Nicodemi* Comoediae. Rebecca, Suſanna. Hildegardis, 1592. 8.

— Phaſma, das iſt, neue, geiſtl. nachgehndig Comoedie und Geſicht: von mancherley Ketzereyen, ſammt deroſelben Anfängern und Erzketzern, ſo neben dem hellen Licht des H. Evangelii aus

GOttes

GOttes Gnaden durch D. Mart. Luthern ſeliger Gedächtniß, wieder auf die Bahn gebracht, zu dieſen letzten Zeiten herfür kommen ſind. Im Latein, überſetzt in deutſche Reyme von Glaſſer: M. Arnold, 1593. 8.

## H.

Hauſchkon: *Tobias, Tuſta, Bohem*; Penſum Sacrum Academico-Euangelicum, Centun et XX. Odis Metro-Rhythmicis variatum, ſuſpiriiſque eo frequentioribus ac feruentioribus amplificatum. Dreſdae, 1638. 12.

Holſatus: *Fridericus, Bolislau.* Carmen de Sanctis Angelis. Wittenb. 1565. 4.

## I.

Iakiſch: *Chriſtian*; Das mit Jammer angefüllte Klage-Hauß, darinne eine betrübte Seele mit dem Propheten Jeremia ihre Klagelieder anſtimmet, Oels, 1703. 8.

Iacobi *Fr. Magdalii, Gaudenſis, ordinis Praedicatorii* Compendium Biblicum metrico memoriale, Anno poſt Verbi incarnationem MDVIII. primo Coloniae editum. Nunc ob retruſum artificium et immenſum laborem, ut publicae conſuleretur utilitati, e ſitu et ſqualore in lucem productum, et in multis locis ſatis accurate emendatum. Studio et opera M. Io. Schneideri Bitterſ. Pouchenſium Paſtoris. Witt. 1617. 12.

## L.

Lange *Io. LL. Doctor* Aliquot Poemata:

1. Euangelicus Diui Zachariae Hymnus.
2. In Diuum Iohannem Baptiſtam.
3. Euangelicus Mariae Dei Genitricis Hymnus. 1556. 8.

Lauterbachii *Io. Poetae nobilis et coronati*, *πανάρετων*: in quo deſcribuntur I) Pietas. II) Ethica. III) Exempla. IV) Vitae

imagines.

imagines. V) Mythologiae. VI) φυσιοσοφία, ſiue Theatrum ſapientiae naturalis VII) Arithmologia ethica. Francof. 1594. 12.

Leuſchneri: *M. Georgii, Colditienſis Scholae Moderatoris*; Hellenodia Lutherana, h. e. Cantiones B. Lutheri et aliorum orthodoxae pietatis virorum, quarum uſus frequentior eſt, fere omnes, ex Lingua Germanica in Graecam metrice et rhythmice ita translatae, ut et melodiarum conſuetarum ratio habita. Lipſiae, 1638. 12.

M.

Mapes *Gualteri* Rhythmi bini de Concordia Rationis et Fidei. Helmſt. 1720. 4.

O.

Onkel *Io.* Paßions 34. Betrachtungen in geiſtlichen Liedern, Dreßd. 1670. 8.

P.

Parſchitius, *Chriſtoph:* Heroicorum Sacrorum LL. III. Primus continet Acta Ducum, Iudicum, et Heroum Politiae Iudaicae. Alter exhibet, Facta regum, Regni Iudaici Coniuncti et Diuiſi, uſque ad tranſportationem Aſſyriacam populi Iudaici, Templi Salomonis, et Hieroſolymae primam emerſionem, per Nebuchadonozorem Monarcham. Tertius complectitur Reditum populi Iſraelis e captiuitate Babilonica: ciuitatis et Templi inſtaurationem, Ducum, Dynaſtarum, Pontificum et Regum regimen Hieroſolymae, et Templi euerſionem ſecundam, Politiae iudaicae abrogationem, per Titum Veſpaſianum. 1710. 8.

Praetorius: *Caſp. Putlizens.* Sacrorum Carminum LL. tres. 1602. 8.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0064

R.

Rothe *Io. V. I. Doctor et Canonic Cicenſ.* In Epiſtolas S. Pauli ad Romanos, Corinthios, Galatas, Epheſios, Paraphraſis. 1568. 8.

S.

Schwanmann: *Chriſtoph ab Attendorf.* Chriſtiados Libelli tres. Primus refert Epigrammata ſacra, Hymnoſque Latino Germanicos, rhythmice ad textus ita elaboratos, ut verſus verſui ſine eliſione reſpondeat. Secundus Miracula Iehouae ex veteri et Theanthropi Ieſu Chriſti ſeruatoris noſtri, ex nouo Teſtamento, ſingula binis Diſtichis: Tertius Monoſticha Latino Germanica conſolationum plena, terſa et plana. 1650. 12.

Siber: *Iuſtus;* Poetiſirende Jugend, oder allerhand geiſt- und weltliche deuſche Gedichte, wie auch Oden über des HErrn Nachtmahl und Leiden, in 17. Abhandlungen, Dreßd. 1658. 8.

V. W.

Wethmann: *Ioachim; Iaur.* Virorum, ſacris litteris illuſtrium Deſcriptio breuis et memorabilis, iuxta ſeriem et Diſpoſitionem Georgii Fabricii Chem. Viri clariſſimi: ex hiſtoria Veteris Teſtamenti; Adiectis Elogiis et Titulis eorundem depicta: Libris quinque comprehenſa. Islebiae, 1595. 8.

Z.

Zehner *M. Ioach.* Ionae Prophetia, Carmine trilingui, paraphraſtice reddita. 1584. 8.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0065

QK II 325

ULB Halle 3
005 019 370

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0067

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0068

B. …
II i 325

oetica Sacra

# SY … RIPTORVM

libros Biblicos
SS. particulas
*ſonas ſacras*
s genere
linguis
re

m LL. Bibl. enarrat.

ue Poemata juxta
ticum recenſet.

ipſius ſua libraria
e ſiſtit
. W. Wiliſch

*o acceſſit:*
mi Paduani,

N. I. C. Carmine
cripta.

e
ollnerum, 1760.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-12302/fragment/page=0069